Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXXVII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

Capitulum lxxxvi

Quomodo dominus apparuit discipulis ihesu thoma absente

Surgentes autem eadem hora
predicti duo discipuli re-
gressi sunt ipsa die in
ierusalem ad alios discipulos
propter metum iudeorum
inclusos. Unde theophilus. Ardebat ergo
cor eorum igne verborum domini quibus
intendebant et adeo letati sunt ut nul-
lam moram passi mox reversi sunt in
ierusalem. Vide hic discipulorum diligentiam
et fidei fervorem ad revelandum resurrectionem
quia tarda scilicet vespertina hora aut men-
sa seu fatigatione itineris non detenti
et remoto iudeorum timore ad annunciandum
apostolis resurrectionem dominicam. et quod de ea
in via reperit occurrerunt imperfecti. Non
mirum si eadem die et hora surrexerunt
erat enim dies boni nuncii et ideo time-
re poterant si differrent usque mane illud
quod timebant illi qui dicebant. Hec
dies boni nuncii est si tacuerimus et nolu-
erimus nunciare usque mane sceleris argu-
emur. Predicatio enim non est differen-
da et ea que sunt ad communem salutem non
sunt tacenda sed revelanda. Ex quo eciam
prelati moti ad diligentiam predicatio-
nis debent attendi. Et invenerunt
in monte syon subtus cenaculum con-
gregatos et inclusos propter metum iu-
deorum et propter dominice resurrectionis gaudium
qui prius dispersi fuerant propter iudeorum
et propter passionis metum. undecim et
qui cum ipsis erant de lxxii discipulis
loquentes mutuo et dicentes ipsis duobus
quod surrexit dominus vere et apparuit
symoni. Et ipsi duo ad maiorem certitudinem
faciendam de resurrectione econverso narrabant
illis que gesta erant in via et appa-
ritionem factam eis et quomodo cognove-
runt eum in fractione panis. Sed quidam

ex eis nec istis duobus nec aliis credebat
ex quibus unus thomas erat. Conside-
ra modo quanta ibi leticia fuit dum isti et illi vi-
cissim sua gaudia nuntiarent. Et dum
hec loquerentur absentem exivit thomas
inde. Nam eo egresso dum de hiis alii colloq-
uerentur de hiis que audierant et viderant
et sero iam esset die illa prima scilicet una sab-
batorum i. prima post sabbatum que est dominica
hoc est eadem die resurrectionis dominice et fores i. os-
tia que fores dicuntur quia de domo ducunt
fores essent clause propter metum iudeorum
quod etiam divina ordinatione est factum
ut scilicet ihesus intrans ad discipulos ianuis
clausis manifestaret eis virtutem sue
potestatis et gloriosi sui corporis venit
dominus ihesus ad suos a desiderio eorum
vocatus indutus albissimis vestimentis
glorie resurrectionis sue et novitatis et intrans
ad eos ianuis clausis stetit in medio eorum
ut videretur ab omnibus quia congrega-
ti erant in nomine eius. Secundum bedam
ideo sero apparuit quia tunc maxime
timidi erant et secundum theophilum presto-
labatur ut omnes convenirent ostiis vero
clausis ut se corpus gloriosum cui aliud
non resistat habere ostenderet. Ipse enim
ad congregatos venit et spiritus sanctus
descendit quia christus et spiritus sanctus
non nisi in caritate congregatis assunt.
Stetit in medio ut omnes cum certitudi-
naliter agnoscerent et omnes consolationem
sue presentie reciperent. Et ideo quod sicut dicit
fulgentius medius locus est dignitatis et de-
betur honorabilioribus. propter quod christus stetit
in medio discipulorum sicut sol inter sidera
ut eos illuminaret sicut flos inter lilia
ut eos decoraret sicut princeps inter mi-
lites ut eos roboraret sicut magister inter
discipulos ut eos informaret sicut pater
inter filios ut eos concordaret sicut cor

inter membra ut eos unificaret et sic
dominus amicus ut omnibus se coaptar
ut qui sumus plures aliquem aliquotiens
si supervenerit statim cum in medio ut
singuli possimus eius frui presentia Est
autem ibi altare in loco ubi dominus dicitur
tunc stetisse Considerandum est hic quod de
se colloquentibus dominus in medio stetis-
se dicitur ut intelligamus quia cum no-
biscum habitantem habebimus si quoti-
ens in unum congregatum ea que ad eius
laudem et nostram salutem pertinent a-
gimus iuxta quod ait Ubi fuerint duo
uel tres congregati in nomine meo ibi
sum in medio eorum Quando aut
ihesus salvator ad discipulos venit qui
erant in timore sero factum erat et unum
erant congregati et fores erant clause
In quibus quattuor insinuantur nobis val-
de necessaria ut salvatorem quem expectamus
suscipere mereamur Primum est timor qui
domum consciencie mundat secundum illud eccl.
Timor domini expellit peccatum Nam qui
sine timore est non poterit iustificari
Secundum est contemptus mundane glo-
rie quod significatur in hoc quod sero factum
erat ad eum enim dominus venit cui lux
mundane glorie occubuit et qui uero eam
contempnit Tertium est unitas quia erant
in caritate congregati non enim visitat
salvator homines discordes Unde apostolus Pa-
cem habete et deus pacis erit vobiscum
Quartum est stabilitas qua aliquis in
domo consciencie manet non curiose exte-
rius evagando Unde fores sensuum claudende
sunt et sic salvator est expectandus Per
istos vero discipulos in unum foribus clau-
sis congregatos significantur religiosi cum
foribus quinque sensuum clausi quibus dominus
sepe apparet eosque sua visitatione consola-
tur et letificat Et dixit eis Pax vob

Non pax temporis quia exponenda erat
multis tribulacionibus sed pax pectoris et
pax eternitatis prima in presenti secunda in futuro
De utraque dicitur in Johanne Pacem scilicet
pectoris relinquo vobis in presenti. pacem
meam scilicet eternitatis que est specialiter pax
mea do vobis i. cito dabo Dicit ergo pax
vobis scilicet reconciliacionis quam ad deum
factam annunciavit ac caritatis et unitatis
quam eis servandam precepit Itemque eternitatis
et immortalitatis quam eis futuram pro-
mittit Pacem offert qui christus pace venit
Unde pontifex precipuus sponsus ecclesie in
persona christi sicut specialis vicarius eius.
dicit pax vobis cum in missa primo se vertit
ad populum quia hec fuit prima vox christi
ad discipulos post resurrectionem. ad instar vero
aliorum sacerdotum dicit postea. Dominus vobiscum.
ut se unum ex nobis ostendat Cum autem
ecclesia primitiva cotidie et generaliter et post tantum
diebus dominicis. post vero tantum in tribus
sollempnitatibus communicaret corpori et sangui-
ni domini nunc etiam per osculum pacis
quo designatur unitas ecclesiastica communicat
in missa spiritualiter et si non sacramentaliter
et pulchre resurgens a mortuis dominus
primo pacem discipulis commendavit ut illos
ad sui visionem perventuros esse demonstrare
qui pacem et concordiam corde et corpore
servant Ex quo patet quod illi sunt pacifici
qui vere sunt christi discipuli Secundum
Crisostomum discipulis dixit. Pax vobis quia pre-
lium inexpugnabile ad iudeos habebant
Mulieribus autem gaudium evangeli-
zat quia in tristitiis genus illud erat al-
ternatim igitur viris quidem propter pre-
lium pacem mulieribus vero propter tristi-
ciam evangelizat gaudium Et ne disci-
puli eum alium vel fantasma putarent
subiunxit ego sum. scilicet in persona propria
non res fanthastica seu illusio dyabolica

nolite timere uel dubitare Quidam vo
ex ipsis conturbati pre stupore seu quodam
naturali horrore quo viui solent mortu
os horrere existimabant se spm quem in
passione emiserat non carnem uidere non
dum enim credebant uel tercia die ueram
carnem potuisse de sepulchro resurgere uel
resuscitatam clausis ianuis ad eos posse
intrare Diuina aut prouidencia pmissi
sunt dubitare ad maiorem certificacione
fidei de dominica resurrectione Et dixit eis Quid
t quia de causa turbati estis et cogitaciones
ascendunt qi ab infimo tamqua false et fantas
tice non desuper de celo descendentes tamqua
uere et bone in corda vra infirma et dubi
tancia Et quia ad illud corpus quod vide
ri poterat fides incipiencium dubitabat ut
veritatem carnis probaret exhibuit eis
manus et pedes et latus ad uidendum
et palpandum declarans q ipse qui cruci
fixus mortuus et lanceatus fuit in illo
eodem corpore surrexit Videte inqt manus
meas et pedes quia ego ipse sum Qi diceret
eis Per huiusmodi cicatrices potestis
percipere quia ego sum qui passus fui
et resurrexi Per cicatrices enim rema
nentes ostendit q erat idem corpus nu
mero re enim vera est eiusdem in numero
iteratam surrectio Palpate et videte quia
spiritus carnem et ossa non habet sicut me
videtis habere Qi diceret Per hoc potestis
etiam cognoscere me habere corpus verum
non fantasticum Ad dubitancium enim corda
sananda vulnerum sunt seruata vestigia
et ideo vulnerum cicatrices ostendit ut du
bietatis et infidelitatis eorum vulnus sa
naret Ostendit ergo manus ut incitaret
ad pugnandum qi diceret Videte manus
quibus pro nobis fideliter pugnaui
has nobis ideo ostendo ut et vos pug
netis quia sine pugna victores non eritis

Viriliter ergo agite quia vincenti dabo
sedere mecum in throno meo Ostendit eti
am eis latus ut prouocaret ad amandum
qi diceret Videte latus apertum cor vul
neratum ut videatis qntum dilexerim
vos me diligatis Ostendit et pedes ut
stabiliret ad perseuerandum ut ab incep
cione bone vite non desistamus Vnde pseue
rancia uel stabilitas est qua homo nec
minis nec amore nec timore nec como
do nec incomodo a bona vita uel a precep
tis a voto quod vouit retrahitur Que
aut sex principes diaboli impugnates
nos contra quos debemus esse fortes P
mus est amor culpe et iniustarum reru
uel amor carnis uel amor honoris q
in quorumdam cordibus est ita fortis q
pro eo celestem gloriam deserunt Secun
dus est timor diffidentie qui etiam multos
impugnat qi dominus nolit eos iuuare q
possint in bono perseuerare uel q non pos
sint sustinere duram pnam cum tamen de
beant sustinere duriorem gehenne penam
Tercius est dolor delectacionis carnis uel
mundi dimittende uel iam dimisse O miser
quid facis morbum eligis pro sanitate
mortem pro vita tristiciam pro leticia
penam sempiternam pro gloria Quartus
est pudor operacionis bone cum quis cogitat
q homines derident eum si humili ueste in
cedit si ieiunat orat peregrinatur et facit
similia Quintus est spes venie cum quis
dicit deus misericors nos de facili non dap
nat et vpiam sumus Horum spes confundet
quia spes est certa expectatio future beati
tudinis ex meritis proueniens Si isti qui
carent meritis non sperant sed pre
sumunt Hoc aut q se palpabilem prebuit
factum est miraculose quia corpus dni
incorruptibile et inmortale a corrupti
bilibus et mortalibus naturaliter palpari

erat impoſſibile miro ergo et ineffabili
modo ſecundum gregorium corpus ſuum pal-
pabile prebuit ut reformaret ad fidem
et incorruptibile demonſtrauit ut inui-
taret ad premium Omne et palpabile ex-
hibuit et incorruptibile ut oſtenderet ſe e-
iuſdem eſſe nature cuius fuerat ante paſſi-
onem i. carnem habere et alterius glorie
i. eandem carnem incorruptibilem eſſe
Et quia in domini reſurrectione nra generalis re-
eſt prefigurata oſtendit per hoc nra cor-
pora poſt reſurrectionem eſſe incorruptibilia
et ſubtilia per effectum ſpiritualis potencie
ut poſſint eſſe palpabilia a conſimilibus
corporibus per ueritatem nature Caro
enim nra abſque corruptione uel fragili-
tate mortis in veritate ſubſtantie eſt
reſurrectura unde beda Parum fuit ocu-
lis ſe uidendum prebere ſi non preberet
etiam manibus contrectandum Quia dum
palpanda diſcipulis oſſa carnem que pre-
monſtrat aperte ſtatum vere reſurrectionis que
et in ſe facta et in nobis eſt futura ſig-
nificat unde et gregorius Non enim in illa
reſurrectionis gloria corpus nrm erit impalpabi-
le et uentis et aere ſubtilius ut Eu-
tichius dixit ſed ſubtile quidem per effectum
ſpiritualis potentie/palpabile autem per
veritatem nature Sed ut dicit auguſtinus cla-
ritas qua iuſti fulgebunt ſicut ſol in reg-
no patris ſui in xpi corpore cum reſurrexit
ab oculis diſcipulorum potius abſcondita
fuiſſe quam defuiſſe credenda eſt Non enim eam
ferret humanus atque infirmus aſpectus
quam ille a ſuis ita deberet attendi ut poſſet
agnoſci Et cum quidam eorum adhuc dubi-
taret petiit ab eis ſi aliquid ad manducan-
dum haberent ut per comeſtionem melius
reſurrectionem aſtrueret At illi obtulerunt ei par-
tem piſcis aſſi cuius forte iam aliam par-
tem comederant et fauum mellis Fuerunt

autem ei hec duo competenter oblata ipſe
enim erat piſcis aſſus per nature humane
paſſionem ſed fauus mellis per nature diuine
dulcedinem In fauo quippe mellis utraque
natura ſue perſone exprimitur Fauus enim
eſt mel in cera hoc eſt diuinitas ſeu diui-
nitatis dulcedo in humanitate Hec autem
duo domino oblata ſignificant duo que
et nos debemus domino offerre ſcilicet piſce
aſſum per carnis mortificationem et fauum
mellis per mentis deuotionem Vel in cibo ſuo
dominus piſci aſſo coniungi uoluit fauum mel-
lis quia ipſe ut piſcis latere dignatus eſt
in aquis humani generis et cuncti mundi fluc-
tibus ac capi laqueo nre mortis et aſſari
igne et tribulatione ſue paſſionis et de-
coqui in ara crucis et qui piſcis aſſus
fuit in paſſione fauus mellis et melle
dulcior nobis extitit in reſurrectione Piſcem ergo
aſſum et fauum mellis ei offerunt qui fidem
paſſionis et reſurrectionis eius tenent Vel ſecundum
theophilum per piſcem aſſum ſignificat ui-
tam actiuam conſumentem iam humiditatem
laborum pruinis Contemplationem vero ſignificat
per fauum mellis propter dulcedinem eloquiorum
dei Et manducauit coram eis per quod
oſtendit ſe habere corpus uiuum ad ueſcen-
dum aptum Manducauit quidem non tamen
quod cibo carnali ſuſtentari indigeret ſed ut
in veritate carnis ſe reſurrexiſſe monſtra-
ret quia comedere proprie ad corpus non ad ſpiritum
pertinet unde beda Ad inſinuandam reſurrectionis ſue
veritatem non ſolum tangi a diſcipulis ſed
etiam conueſci cum illis dignatur Non quidem quaſi
poſt reſurrectionem cibo indigens nec quaſi nos in reſurrectione
quam expectamus cibis egere ſignificans
ſed ut eo modo naturam corporis reſurgentis
aſtrueret ne illud non corpus ſed ſpiritum arbi-
trarentur et ſibi non ſolide ſed ymaginaliter
apparere Et deinde ſecundum glossam litteralem certifica-
uit eos de ſua reſurrectione per tria Primo per

uiſum dicens. Videte manus et pedes quia ego ipſe ſum. ſecundo per tactum dicens palpate et videte quia ſpiritus carne et oſſa non habet. Tercio per guſtum cum dixit habetis hic aliquid quod manducetur. Xriſtum vero xpm reſurrexiſſe videt qui racionis eius gloriam meditantur ipſum tangunt et palpant qui ſibi caritate copulantur. Piſcem aſſum offerunt qui pacienciam igne tribulacionis decoctam habent pro nomine xpi ſed illi offerunt fauum mellis qui membris eius exhibent opera pietatis. Et cum manducaſſet coram eis dedit eis ciborum reliquias ſed ad maiorem probacionem quod vere reſidui manducaſſet et ad inſinuandum quod ſuam paſſionem eis imitandam eſſe oſtendit que amara eſt in dolore corporis ſed dulciſſima in gloria remuneracionis. Illos ergo in ſuo corpore ad eternam requiem ſuſcipit qui cum hic tribulaciones pro deo ſenciunt, ab amore interne dulcedinis non recedunt. Qui hic pro veritate quaſi piſcis afflictionibus aſſantur illic quaſi fauo vera dulcedine eterne beatitudinis ſaciabuntur. Deinde certificat eos de racione paſſionum dicens. Hec ſunt verba id eſt res verborum. verbum enim quandoque dicitur vox quam proferimus quandoque res quam per vocem ſignificamus quae locutus ſum ad vos faliter ſupra dicens. Ecce aſcendimus Iheroſolimam et cetera cum adhuc eſſem vobiſcum ſcilicet in carne mortali ante paſſionis inſtanciam quoniam neceſſe eſt impleri per rerum exhibicionem omnia que ſcripta ſunt in lege moyſi et prophetis et pſalmis de me. In his enim tribus vetus teſtamentum comprehenditur. Per hoc quod loquebatur ſenſibiliter et cum eis racionabiliter reducens ad memoriam que eis dixerat ante mortem ſuam oſtendit ſe habere corpus animatum anima ſenſitiua et intellectiua et eadem quam prius. Tunc poſt predicta aperuit illis per graciam internam ſpiritum et intellectum qui ſcilicet prius erat clauſus ut intelligerent ſcripturas et ex illis cognoſcerent racionem ſuam. Sicut per precedencia probauit veritatem ſue racionis quantum ad humanitatem ſic per iſtud illam probat quantum ad deitatem quia illuminare mentes ignorancium in intellectum ſacre ſcripture et ſubito eſt ipſius deitatis xpi. Sicut ante paſſionem declarauit ſe verum deum et hominem ita eciam poſt racionem ſuam. Et dixit eis inſtruendo per doctrinam quoniam ſic ſcriptum eſt ſicut euenit et ſic oportuit ſicut ſcriptum eſt. Unde ſubditur. Et ſic oportebat pati xpm ſcilicet per lignum crucis et reſurgere a mortuis die tercia quia ut dicit beda perdidiſſet xpe fructum paſſionis ſi non eſſet veritas racionis. Oportebat autem non quidem pro ſe ſed pro nobis ut per ſuam indebitam paſſionem a debita pena nos liberaret et per ſuam ſanctam racionem nos ſecum regnaturos oſtenderet quia ſicut ait apoſtolus. Mortuus eſt propter peccata noſtra et reſurrexit propter iuſtificacionem noſtram. Aperuit eis ſcripturas tunc enim agnus qui occiſus eſt iudicatus eſt eſſe dignus accipere librum et per ſpiritum deitatis ſoluere ſeptem ſignacula eius. Hoc eſt quecunque ſcripta ſunt de ſacramentis incarnacionis baptiſmatis predicacionis et operacionis ipſius ac paſſionis racionis et aſcenſionis eius. Ex hoc patet quod ſacre ſcripture non poſſunt ſufficienter intelligi niſi ille aperiat qui habet clauem dauid qui aperit et nemo claudit. Et cur pro nobis ut dictum eſt mori et reſurgere voluit manifeſtatur cum ſubditur. Et predicari in nomine eius penitenciam ſcilicet ex parte hominis et remiſſionem peccatorum ſcilicet ex parte dei cuius ſolius eſt peccata remittere hominibus in omnes gentes non in vna tantum gente iudeorum vel in vna parte terrarum quia non eſt accepcio perſonarum apud

dei. Commendata igitur sui corporis veritate commendat ut iam dictum est unitatem ecclesie quia ut dicit theophilus. Non decebat amplius bipertitum esse humanum genus et iudeos et gentiles. A primo ergo sicut et ipsi sic et precursoris et apostolorum incepit predicatio. Et ne aliquis propter magnitudinem peccatorum desperaret de venia subiunctum est incipientibus ab iherosolima. Jerusalem enim est in medio terre habitabilis et ideo oriens ab illa incepit predicatio ewangelii ut per ipsius discipulos circumquaque per orbem dispersos in omnem terram exiret sonus predicationis eorum. Unde dicit theophilus quod ideo ut omnes in unum venirent mandavit incipere primo a Iherusalem et ad gentes enunciari. Nullus vero ergo pro magnitudine peccatorum suorum remissionem se posse consequi desperet cum in Iherosolimitis cognoscat multum qui crudelibus manibus et mendacibus vocibus ipsum sanguinem per quem genus humanum redemptum est effunderunt. Unde secundum Bedam incipiunt ab Iherosolima non solum quia credita sunt illis eloquia dei et eorum est adoptio filiorum dei et gloria verum eciam ut gentes variis erroribus implicitate hoc maxime indicio divine pietatis ad spem venie provocentur quod eis qui filium dei crucifixerunt venia conceditur. Unde et Criso. Insuper ne dicerent aliqui quod obmissis notis iverunt se ostentaturos ad extraneos. ideo primo apud ipsos occisores pandunt remissionis insignia in eadem civitate in qua prorupit temerarius ausus ubi enim crucifixores credere videntur ibi plurimum demonstrat. Et quia ante passionem eis dixerat Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum hoc nunc opere ostenditur impletum. Unde sequitur Gavisi sunt ergo discipuli viso domino id est agnito et qui ante erant tristes et sic expavefacti letantur coram eo consolati. Quis

enim sine magno gaudio videret tam pietatis spectaculum. Ostendit manus clavis perforatas quibus operatus est salutem in medio terre. pedes quibus predicando discurrit et in itinere lassatus fuit. latus ex quo sacramenta redemptionis profluere fecit in quibus omnibus ad dubitancium corda sananda vulnerum sunt servata. vulnerum sunt servata vestigia et ideo in talibus signis pietatis gavisi sunt discipuli viso domino quia iste visus non potuit esse sine magna leticia et gaudio. Et sic duplex eorum tristicia est amota scilicet de morte ipsius et metu iudeorum erant enim conturbati de ipsius ipsius morte et metu iudeorum persecutione eius imminente. potuit quoque eos per suam presenciam custodire et de sua resurrectione certificare. Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. geminat pacem propter duo precepta caritatis scilicet dei et proximi. Geminam enim pacem sumant qui hanc geminam dilectionem habent. Que ideo repetit quia ipse est qui fecit utraque unum. Iterat eciam pacem ut monstraret per suum sanguinem esse pacificata que in celis et que in terra sunt. Quod dicit. Pacem relinquo id est reliquias pacis scilicet pectoris in presenti do vobis. pacem meam scilicet eternitatis in futuro do id est dabo vobis. Iterat hanc pacem ideo ut ostendam vos deo reconciliatos hominem angelis hominem homini ut homo deum diligat et homo hominem propter deum. Et secundum Criso. simul quoque demonstrat crucis efficaciam per quam solvit omnia tristia et contulit omnia bona et hec est pax. Deinde subiungit. Dicit misit me pater ad veritatem fidei docendam in iudea et ego mitto id est mittam vos ad hanc veritatem publicandam per totum mundum ac eos vicarios vos constituo mea vice vos mando meum officium vobis commendo ad docendum ad predicandum ad baptizandum ad meum et patris nomen glorificandum vos mitto. et mediatorem se ostendit cum ait Ille me et ego vos. Sicut deus

pater filii sui qn̄ eum incarnari con-
stituit misit filius aplos quos de pre-
dicanda incarnatoꝛ eandem per orbem
vniuersum direxit Et sicut pr̄ amans
filiu misit eu i mundum ad pressuras
et passioꝫ tolerandas pro suo noīe
nō ad mudi gaudiu vnde greg᷒ 2 tāqꝫ
dicat Sicut misit me pr̄ et ego mitto
vos i· ea caritate vos diligo cū int̄ scā-
dala psecutoꝝ mitto qua me pater di-
lexit quem venire ad tollerandas pas-
siones fecit ¶ Et qꝛ execucio huiꝰ offici-
nō pt̄ existēs fieri sine gracia spē sci
ideo cū hec dixiss insufflauit in eos et
dixit Accipite spm̄ scm̄ 2n sufflando spm̄
dedit ut seipm̄ esse ostenderet qui in facie
pmi hoīs spiraculum spirauerat uel ēte
ut ostenderet spm̄ scm̄ a se procedere
sicut procedit a patre et nō pris soliꝰ
ꝫ et sui esse· flatus eni procedit a flan-
te Non tamen est intelligend᷒ qꝫ huiusmo-
di flatus xpi fuerit spiritus sanctus ꝫ sigᷓ
cus vnde aug᷒ 2flatus ille corporeus
substancia spiritus sancti non fuit ꝫ de-
monstracio per congruā significatoꝫ
non tm̄ a patre ꝫ etiā a filio pcedere
spm̄ sancti hec aug᷒ vnde ꝯsuetudo ec-
clesiastica obtinuit ut in coꝝ facie qui
per graciam spē sancti regenerandi sūt
a sacerdotibus insuffletꝰ Et qꝛ p spm̄ scm̄
remissio pctōꝝ tribuiꝰ qui est fructus et
effectus spiritꝰ sancti rēe post eundem
spm̄ datū discipulis dicit Quoꝝ remiseri-
tis peccata remittunꝰ eis et quoꝝ retinu-
eritis retenta sunt Vbi dedit eis ptāte
ligandi et soluendi ministerio nō auctoiᵗᵉ
eos quoꝝ pctā ipi remiserint uel retinu-
erit i· retinenda iudicauerit uel non
remiserint Hoc tamen intelligendum
est qn̄ iudiciū ecclīe diuino iudicio con-
formatur vnde aug᷒ Vt euidencius os-
tenderet dominꝰ ab spū sancto quem

donauit fidelibus suis dimitti pctā non
meritis hoīm ꝯtinuo subiecit Si cui di-
miseritis pctā dimittunꝰ et hoc est spē
dimittit non vos Spt autē deus est Deus
ergo dimittit non vos Deus ergo habitas
in templo sancto suo in sanctis fidelibus
in ecclīa sua per eos dimittit pctā quia
viua templa sunt hec aug᷒ Lic ergo solꝰ
deus principaliꝰ pctā remittat tamen
ministri ecclīe per virtutem clauiū ad hoc
ministerialiꝰ opanꝰ Dimittuꝰ autē pctā
in ecclīe vnitate et caritate constitutis
ꝫ nō aliis vnde aug᷒ Ecclīe caritas que
per spm̄ scm̄ diffunditur in cordibꝰ nrīs
participū suoꝝ pctā dimittit eoꝝ autē qui
non sunt participes tenet hec aug᷒ Po-
testas ergo conficiendi corpus xpi uerꝰ
data fuit discipulis in cena qn̄ dominus
eis dixit Hoc facite in meam ꝯmemoracōꝛ
ꝫ clauiū ptās sup corpus xpi misticū
que pmissa fuit petꝰ et i petro ceteris
et post iteꝝ expresse aliis hic eis colla-
ta fuit Et nō hic dm̄ aplos ordinasse e-
piscopos cū insufflans eis dixit Accipite
spm̄ scm̄ quoꝝ remiseritis pctā remittuꝰ
eis et quoꝝ retinueritis retenta erunt
Vides quomō oīa ista sunt plena iocundi-
tate et leticia et hic inīr est magnū pa-
scha O qualis domuncula in qua fiunt
ista et qꝫ gloriosum habitare in ea Po
hoc facto apparicionis domini tria spiri-
tualiꝰ et mistice accipiūtur que i aiā fi-
dele requiroꝛ et pnciam uerbi eciā men-
taliꝰ flagitante exigitꝰ Primū est aīe
ab oī ope exteriori vacacio quod nōtur
per diem sabbatoꝝ per sabbatū eni reqes
significatꝰ quo iudei ab omni ope vaca-
bant Secundū est virium ab oī specie
exttranea custodicio quod notaꝰ per fo-
res clausas· fores eni aīe sunt sensus cor-
poris et vires aīe Terciū est virium
om̄i ad intima recollectio quod nōtꝰ

per discipulorum congregacionem Fores enim
clause sunt qui quidam discipuli sub magis-
terio verbi essent Sero dominus non venit ad a-
nimam nisi de sero propter quod dicit Cum esset
sero Per sero intelligitur perfectio boni o-
peris Non enim in inicio boni operis dominus
apparet sed sero postquam sol divine gracie
cursum suum in perfectione operis peregit
tunc deus homini se ostendit Ihesus autem
veniens in archam operis ibi quiescit Primo stat
in medio discipulorum omnium videlicet virium
id est in intimo anime quam inhabitat et ipsam
essenciam anime que medium est omnium poten-
ciarum per graciam perficit et fecundat
conferendo sibi esse divinum Secundo annunciat
discipulis pacem ecce quibus loquitur pacem
quia discipulis Christo et tu discipulus dis-
cipline xpi capax et audiens Tercio osten-
dit eis manus et latus offerendo scilicet eis
et divinas operaciones que per manus et
affectiones que per latus ubi cor latet de-
signantur Quarto facit gaudere discipulos
excitando scilicet in eis gaudium eternum quia ga-
visi sunt discipuli viso domino Quinto
insufflat dando eis spiritum vivificacionis ad
novam vitam ut vivant tam sibi quam
aliis ad salutem Cum dominus cum discipulis
tunc parum steterit quia multum sero fuit
tamen forte eciam ipsi rogaverunt eum ali-
quantulum plus stare rogantes ne sic cito
recederet Nec hoc domino displicebat te-
neri enim vult prout supra dictum est Tan-
dem benedicens omnes discessit ab eis
Cumque ab eis evanuisset redit thomas qui
ante domini adventum exiverat Dixerunt
quod animo leto alii ad eum nunciantes ei bo-
num nuncium Vidimus dominum Hic enim ante passionem
appellaverunt eum qui dixit se non credi-
turum nisi videret et eciam tangeret cica-
trices vulnerum ut si visus deciperetur saltem
tactus nunciaret veritatem volebat
certificari duplici sensu scilicet visu et audi-

tu Isti enim duo sensus sunt qui minus de-
cipi possunt Tanta quippe viderat mortis
supplicia quod resurrectionis et vite non poterat ac-
cipere argumenta nisi non solum visu
sed eciam tactu perciperet ea Unde Criso-
Alius enim grossior existens eam quod est per
sensum grossissimum scilicet tactum querebat
fidem et neque oculis credebat Remanserunt
autem discipuli famelici et sitibundi de do-
mino suo de quo tantam copiam habere
consueverant et eum sepe suspiriis et desi-
deriis revocabant Videns quociens ho-
die pascha habuisti Nam omnes predicte
apparitiones in die resurrectionis fuerunt de qui-
bus tamen quinque in evangelio scripte sunt et
has quinque representat sacerdos in missa
quinquies se vertens ad populum et quinta propter
parcitatem repetitionis eis vultum sed certa ver-
sio est cum silencio que significat certam
ex hiis apparitionem factam petro quia nescitur
ubi vel quando facta fuit hec apparitio Per hoc
eciam eas repetit quod quinquies dominus vobiscum
dicit Si forte audisti non tamen sensisti quod
nec forte in compassione compassionem habuisti
Credo enim quod si in passione compati stares
et mente unitam et non sparsam ad secu-
laria aut superflua vel curiosa haberes in qualibet
mente sentires pascha et hoc tibi contingere pos-
set quolibet die dominica si mente integra
feria sexta et sabbato te in passione domini
exerceres quia secundum apostolum si fuerimus socii pas-
sionum erimus et consolacionum Tunc
vero dominus ihesus redit ad sanctos
patres qui coram eo non ociose sed vigi-
lanter laudibus insistebant iocundantes
Orabant enim in canticis et laudibus omnes
sancti patres et angeli coram domino occur-
rentes alacriter et devote ac tamquam gloriosi
iubilabant continue Conspice ergo eos
et tecum leticia et eis congratulare ac
disce deum venerari et laudare et sibi gracias
agere et sua beneficia recognoscere ac toto

conatu ad illam gloriam tendere nec cesses ubi semper in conspectu dei tui cum tam nobili multitudine in laudibus perseveres

O alme fili dei patris qui foribus clausis apparuisti discipulis in unum congregatis obstrue queso claustra sensuum meorum interiorum et exteriorum contra pericula temptationum sancto timore tuo et vertute tua mortifica in eis omnia mala cum vinculo tue caritatis delicate et illumina eos cum lumine religionis divine ut merear tua leta visitatione consolari pacem quoque pectoris in presenti et eternitatis in futuro te donante valeam invenire ubi cum angelis ac omnibus sanctis et electis tuis te laudare merear sine fine Amen R

Quomodo dominus apparuit discipulis thoma presente

A Tuemente aut octavo die rursus iterum apparuit dominus ihesus discipulis suis. Nam quia non malicia sed ignorancia thomas dubitavit voluit pius magister tam dilectum discipulum in infidelitate relinquere sed ad fidem eius informandam iterum dignatus est apparere Legitur enim in predicto monte syon iterum essent discipuli intus et thomas cum eis pastor bonus et de pusillo grege sollicitus venit ianuis clausis et stetit in medio eorum ut possit videri ab omnibus et dixit illis Pax vobis Stetit in medio et dixit Pax vobis Nunquam potest esse pax in collegio nisi prelatus sit in medio ita quod non plus ad partem unam inclinet quam ad aliam Columpna nunquam sustinet edificium si sit ad partem iuxta pariete et non in medio Omnia elementa preter terram moventur quia non sunt in medio terra autem immobilis est quia in centro est et in medio Sepe dominus pacem discipulis inculcat et commendat ut persuadeat habere quod sine pace impossibile est deo placere In eis enim qui pacem et concordiam diligunt habitat deus qui factus est in pace locus eius Pacem veniens attulit et hinc abiens pacem reliquit quia tota perfectio spiritualis vite et religionis in pace et dilectione consistit Cum magna ergo diligencia debemus eam inquirere et studiose observare unde gregorius nazanzenus vel nyssenus Videat ergo nos pacis munus deserere quam nobis hinc discedens xpc reliquit Pax et res et nomen dulce quam et dei esse accepimus iuxta illud Pax dei et eius esse deum iuxta illud Deus et pacem esse deum iuxta illud ipse est pax nostra Pax bonum commendatum ab omnibus observatum aut a paucis Que autem est causa forassis ambicio dominii aut facultatum aut livor aut odium aut contemptus aut aliquid huiusmodi ex hiis que dei ignaros videmus incurrere Deinde dicit thome qui respondens peticioni eius supposite infer digitum tuum huc et vide manus meas non quod in digito sit visus sed quasi diceret tange hoc et experire unde videre hoc loco pro sentire et intelligere ponitur quod genus locucionis adeo usitatum est ut per omnes sensus currere videatur Dicimus enim dicimus audi et vide quam modulate cantat olfac et vide quam suave redolet palma et vide quam leve sit gusta et vide quam dulce sit Unde in Exodo Cunctus populus videbat voces id est sentiebat Visus ergo propter sui claritudinem pro omni sensu accipitur Unde sicut augustinus nomine visus generaliter alii quatuor sensus consueverunt nominari primo etiam aliquando ad intellectum accipitur ut cum aliquem dicitur vides tu hoc id est intelligis vel simpliciter dici potest quod ihesus ad verba thome respondit. in quo eciam suam deitatem declarat in quantum absens corporaliter eius verba sciebat Thomas enim dupliciter sensu scilicet visu et tactu certificari volens dixerat Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum et mittam digitum meum in locum clavorum et manum meam in latus eius non credam Ihesus vero